IO. CASÆ
GALATEVS,

IN QVO SVB PERSONA SENIS ADOLESCENTEM *informantis, diſputatur, qui mores in quotidiano cum aliis conuictu aut tenendi ſint, aut fugiendi; ex Italico Latinus, Interprete*

NATHANE CHYTRÆO.

CVm iter hoc vitę humanę, quod à me, vt vides, magna ex parte iam eſt cõfectum, tu nunc primũ ingrediaris: egoque, quod vere & ex animo facio, multum te amem: conſtitui mecum, vnum atque alterum locum tibi indicare, ad quem ipſe experientia edoctus, metuerem, ne facilime vel laberere, vel quocunque ſaltem modo aberrares. Vt ita præceptis his meis inſtructus, cum ſalute animæ tuæ, & laude honoreque familiæ tuæ generoſæ & nobilis, rectam viam poſſes tenere. Quia vero fieri poteſt, vt ętas hęc tua, quę adhuc tenera eſt, ad grauiores ſubtilioreſque doctrinas percipiendum minus ſit idonea: ego, iſtis in tempus magis conueniens reſeruatis, in præſentia de iis, quæ

tamen